1501.

Morbio 24 (14)

LUDOVICUS DEI gratia Francorum Sicilie et Hyerusalem Rex ac Medi dux etc. UNIVERSIS et singulis has nostras litteras inspecturis notum facimus: humilem supplicationem
a Vincentio de Cassino Cive et subdito nostro Lauden habuisse in effectu continentem: quod superiori anno ad instantiam sindici et procuratoris nostri Mediolani tractus fuit in causam coram senatu nostro Medli
seu deputatis a nobis et dicto senatu super crimine lese maiestatis nostre: Et quod in nos statumque nostrum contractando deliquerit: adherendo que et favendo hostibus nostris et aliis prout plenius in inquisitione
contra eum formata dicit latius contineri: Super quaquidem inquisitione processum extitit in forma iuris et decretorum nostrorum et tam pro parte dicti procuratoris nostri ad fondandam fisci intentionem
quam per eum ad sui deffensionem probationes facte fuerunt. Et demum instructo processu ac visis videndis per prefatum senatum ad diffinitivam sententiam deventum fuit: per quam Vincentius ipse condemnatus
fuit in ere et persona citra tamen mortem naturalem arbitrio nostro seu prefati senatus: In cuius sententie executionem bona sua fuerunt nomine camere nostre aphensa: Quodquidem arbitrium hactenus aliter non
fuit declaratum: nisi quod ipse Vincentius posset dicta eius bona sic ut premittitur confiscata redimere mediante summa sexcentum scutorum auri camere nostre persolvenda licet in ipsa sententia hoc minime dictum fuit
Et propterea ad clementiam nostram recurrens: nobis humiliter supplicavit ut dignaremur erga eum pietate et mansuetudine nostra uti et eum a dictis penis et delictis ac memorata sententia totaliter absolvere et
liberare: offerens in aliqualem compensationem eorum omnium: que in cameram nostram ex dicta bonorum confiscatione perventura erant: se predictam summam sexcentum scutorum prefate Camere nostre soluturum
petendo insuper ut predicta bona sibi libere relaxari et restitui ac fideiussores per eum predicta ex causa quomodo erga nos prestitos liberari facere vellemus: Nos enim volentes pro mansuetudine nostra cum
ipso supplicante benigne agere: et potius gratia et misericordia quam iuris rigore uti: Ex certa scientia nostra gratia speciali ac de nostre potestatis et auctoritatis regalis et ducalis plenitudine Remit[...]
eidem Vincentio supplicanti et indulgemus omnem penam in quam pretextu delictorum intitulatorum ac sententie predictorum: In persona affligi et puniri quoquomodo[...]
quitimus et absolvimus: ac ad gratiam nostram pristinosque honores et dignitates ad quos et quas antea erat Restituimus omnem infamie ma[...]
Redemptionem et Recitationem predictorum bonorum suorum camere nostre ut predictum est confiscatorum admisimus et admittimu[s...]
oblata: et quam ipse Vincentius in manibus dilecti et fidelis nostri secretarii et thesaurarii generalis Medli Magri Joannis Hervoet se[...]
suis rationem Reddere tenebitur: Mandantes hoc edicto dilectis et fidelibus nostris Epo Lucionen Cancellario et locumtenent[i...]
Reliquisque officialibus nostris et aliis quibuscumque ad quos spectat et poterit spectare: quatenus constito de solutione dicte summe in [...]
et quecumque bona predicta sic ut premittitur confiscata: et que ad eum ante dictam confiscationem et commissionem predictorum[...]
Remitti et Relaxari faciant et restitui indilate: ipsaque omnia bona et quodcumque ius nobis in eis quesitum eidem Vincentio[...]
nec ipsum Vincentium heredes neque fideiussores suos in personam vel in bonis predictis premissorum occaxione ullo modo[...]
nostro fiscali super predictis silentium perpetuum imponentes: Quinimo ipsum Vincentium heredes fideiussoresque suos[...]
ac toto effectu presentium nostrarum litterarum iuxta ipsarum seriem et tenorem [...]iam si[...]ssimus et nobis[...]
nostrum apponi fecimus Datum in Civitate nostra Mediolani in mense Aprilis A[...] Domini millo [...]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1858804000-14/fragment/page=0001

Per Regem Ducem Mediolani
Ad dominorum locumtenen(tium) & aliorum
ad hoc specialiter deputatorum relatione

Jo. Almu[illegible]

1501. 8 Aprile

Restitutione in gratia et de beni confiscati
Manfredino [illegible] Lucia [illegible] dal Re
di Francia Duca di Milano.

XXIV 168

Morbio 24 (14)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1858804000-14/fragment/page=0002